



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De vasæ aquæ sanctæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

legiata, & Parochiali totidem.

*Infundibula, & vasa duo in Cathedrali, & Collegiata; in Parochiali vno vnum, ad olei, è vase maiusculo depromendi; rursusque in alterum minusculum infundendi vsum.*

*Inst. for. sup. Forma eiusdem supellectilis instrumentalis est, prout infra.*

*lb. 2. De alt. Tripus ad thuris adolendi vsum, cum Missa, & vesperis solemniter fuit, è Patella, aut vase focario constet: in quo ignis, prunaud accensa tenetur: è ferro autem, aut ex auricalcho fit. Cui tripodi adiungatur etiam cochleare cum manubrio aduoco, & forcipe ad primas excipiendas.*

*Vasa, in quibus oleum ad vsum lampadum recondetur, è lapide sunt, aut è querno saltem ligno; operculis item consent aptè compositis.*

*Guttus olearius, in quem scilicet è vasibus oleum infunditur, è stanno, aut saltem ex ferrea lamina tenui confectus, ore satis patulo sit; è quo ostilium excitetur rostri instar, per quod tenui fluxione oleum in lampades transeat.*

*Infundibulum eiusmodi sit, quo oleum ex vasibus lapideis querecinè haustum, in guttum effundatur: cuius infundibuli manubrium extremum reflexum sit, vt appendi possit.*

*Scopula parvula ex cannulis palustribus, ad deterfionis vsum in Cathedrali decem; in Collegiata sex; in Parochiali quattuor.*

*Scopæ maiores, in Cathedrali, & Collegiata quinque, in Parochiali duæ. Scalæ gestatorie; quarum vna altior sit, in Cathedrali tres, in Collegiata, & Parochiali duæ.*

*Ligones, in Cathedrali tres, in Collegiata, & Parochiali duo.*

*Basilla totidem.*

*Hastilia, seu peritice in Cathedrali, & Collegiata quinque, in Parochiali duo.*

*Longuria totidem, plurauè.*

*Spongiæ grandiusculæ, in Cathedrali quattuor, in Collegiata duæ, in Parochiali vna.*

*Rutra, in Cathedrali, & Collegiata duo; in Parochiali vnum.*

*Vbi autem prædicta instrumenta asseruentur, videatur Tit. de loco, vbi feretra, & cætera id generis asseruentur, post tit. de Cemiterio.*

*4. De Sacrist. 26 In Sacristia ipsa silentium seruetur accuratè; neque in eam pateat aditus laicis, nisi necessariò.*

*1. De off. Sacristæ.*

*Laicos ibidem versari ne patiantur Sacrista.*

De Vase aquæ Sanctæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Vas aque Sancte è qua materia conficiendum.
- 2 Vbi collocandum.
- 3 Aspergillum ei annectendum, & cuiusmodi.
- 4 Nullus ei adhareat.

Aqua quando renouanda. De Sacramentalibus. 38.  
Eiusdem aque aspersio à quo facienda, & quo tempore, in Parochia-  
norum sedibus. Ibid. 39.



Attenu de sacrario, & alijs; nunc de aque San-  
cte labro vase: quod è marmore, lapideuè soli-  
do, non spongioso, ac sine rimis sit: columellaque  
scapo, decenter elaborato, suffulciatur.

Inst. fab. lib. 1.  
c. 20. De Va-  
se aquæ san-  
ctæ.

- 2 Collocetur non foris, sed intus in Ecclesia; ita  
ut è conspectu ingredientium sit, à latere dextro,  
vbi potest.

Alterumque collocetur qua ingrediuntur viri; alterum, qua mulieres.  
Parieti non inharens, sed ab eo distans pro sitis spacio: collumella, vt  
suprà, aut pila, baseque sustentetur: in qua nihil profanum appareat.

- 3 Aspergillum decens habeat, è labro cathenula appensum.  
Quod; vel ex auricalcho, vel ex ebore, vel è ferro, politè tamen el-  
aborato, vel ex alio genere, quod conueniat, conficiatur: à summa parte  
non è spongia constet, sed setis. E spongia autem esse potest; si in pilula  
ex argento, auricalcho, aut stanno undique perforata illa includatur;  
prefixis extrinsecus setis.

Labrum, seu vas aque benedictæ intus in Ecclesia, non foris existat;  
atque ad ostium Ecclesiæ, à latere verò ingredientis, vbi potest, dexte-  
ro. E marmore autem, lapideuè solido, non lateritio, neque spongio-  
so constet: aspergillumque decens appensum habeat, non spongia, sed  
è setis confectum: aliaue forma, in earundem instructionum libro de-  
monstrata.

4. De Eccle-  
siæ fabri.

- 4 Altaribus, fontibus baptismi, vel aque benedictæ nemo adherere  
audeat.

1. De Eccle-  
sijs, & earum  
cultu.

De Ambonibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Ambones quibus in Ecclesijs construendi, & ex qua materia, & vbi  
collocandi. 5.

Iique